

operi. Hii autem sunt testes. Fridericus prepositus, Hadwardus decanus, Gezo camerarius, Iohannes, Bernhardus, Liudolfus, Ekkehardus, Otto, Bruno reliquo clero annuente et consentiente. Laici vero civitatis nostrę. Wipertus comes et ęcclesię nostrę advocatus, Otto comes et filius eius Adelbertus, Rödolfus comes, Lvdewicus comes, Anno vicedominus, Theodericus, Bezelinus, Iso et filius eius Iso, Marholt, Rödolfus. Ministeriales vero Rödolfus 5 et filii eius Rödolfus et Uvalrammus et Wichmannus, Uvezil, Gerbertus, Henricus, Lvdewicus<sup>a)</sup>, Adelbertus, Theodericus, Volrat et preterea civium infinita multitudo. Hiis igitur tantis consultoribus diffinitis et certis testibus assignatis auctoritate sancti spiritus in virtute domini nostri Iesu Christi excommunicamus et eterno anathemate a societate superiorum civium sequestramus, si quis hanc nostram sanctionem presumpserit violare et 10 temeritatis ausu in aliquo temptaverit annullare. Data nonis iunii Magdeburch a venerabili Röggero archiepiscopo anno dominicę incarnationis MCXXI, indictione XIII, presidente sanctę universali Romanę ęcclesię Kalisto papa II, regnante Henrico imperatore V.

(SJ.)

## 63.

15

*Bischof Dietrich I. von Naumburg stiftet das Benedictinerkloster Bosau, stattet es mit Ländereien aus und ordnet die Vogteirechte zwischen dem Kloster und dem Grafen Konrad. — Zeuge: der Vogt, Graf Konrad.*

1121 Nov. 9.

*Hdschr.: Cop. Bosav. (Saec. XIV.) fol. 1. Kgl. Bibliothek Dresden (A) und Kopie Saec. XVI. Hauptstaatsarchiv Dresden XIV. Abteil. A. 57 fol. 153 (B).*

20

*Gedr.: Schöttgen und Kreysig, Diplomataria 2,419.*

— — Statuimus preterea, ne fratres ab episcopo vel advocato vel eorum hominibus preiudicia vel molestias in cenobio et possessionibus suis sustineant, nisi forte pro causis et utilitatibus deo servientium vel certe hospitalitatis gratia invitati fuerint et, que ex affectu karitatis offeruntur, cum gratiarum actione recipiant. Volentes nichilominus et 25 assensum prebente comite Cunrado eiusdem cenobii advocato decrevimus, ut ipso viam universe carnis ingresso alium advocatum ex heredibus eius vel certe, quem voluerint, fratres sibi eligant, qui de manu episcopi eandem advocaciam suscipiat, beneficiale vero ius in ea nullatenus sibi usurpare presumat, quia, si inutilis esse voluerit, alium sibi substituendum esse fratrum electione cognoscat. Hec, ut predicta sunt, firma manere anathe- 30 mate interposito volumus, et, que pagina continet, sigillo nostro roboramus. Si quis autem nostra statuta infringere temptaverit et ammonitus resipiscere noluerit, omnipotentis<sup>a)</sup> dei iram incurrat. Huius rei testes sunt. Machtolfus Nuenburgensis ecclesie prepositus et eiusdem ecclesie canonicus, Riwinus, Brungerus, Henricus Niger, Bertolfus Cicensis ecclesie prepositus, Hermannus. Canonici. Rupertus, Iohannes, Ecelinus, Ditericus, Cunradus comes 35 et advocatus, Arnoldus, Wernherus, Luf, Henricus ministri<sup>b)</sup>, Gumpertus, Harwicus, Witilo, Isinhart, Martinus, Volquinius fratres et alii. Data v. idus novembr. anno dominice incarnationis MĊXXI, indictione XV, a venerabili eiusdem ecclesie episcopo Tiderico, anno ordinationis eius X; feliciter amen.

62. a) sic

63. a) operis B auf Rasur. b) minister A.

40